

Arias. Juravit in vivente. Arab. Jura it non fore tempu posterum, &c.

EXPOSITIO IV.

103. Angelus qui cum tanto apparatu descendit de caelo amictus nube, & iris in capite ejus, & facies ejus sicut sol, habens unum pedem super mare, & alterum super terram; Levavit manum suam, exprimit Syriacus, & Arabicus, dexteram, scilicet in caelum, seu ad caelum. Et antiquitus iste erat celebris ritus Jurandi, quo Deus quasi veritatis dictorum testis, & perjuri vindex ostendebatur.

103. Et juravit per virtutem in saecula saeculorum. Per Deum qui aeternus est, & omnia tempora ambit sua aeternitate, ac ut praesentia vidit. Qui creavit caelum. Qui creator est omnium scilicet caeli, terrae, maris, ac omnium, quae in eis continentur: Quia tempus non erit amplius. Seu, ut habet Syriacus, tempus amplius futurum non erit. Pro veritate, ac in stabilitate doctrinae Patrum, & Conciliorum clamat Angelus, quod tempus non erit amplius, quod refertur ad sequentia, quia post vocem septimi Angeli consummabitur mysterium regni adveniente finali judicio, tunc haec varietas temporum, dierum, ac noctium cessabit tunc etiam non erit amplius tempus, ac spatium poenitendi, merendi, & salutem aeternam procurandi, quod sine dubio cessabit in fine mundi.

QUESTIO XI.

Quare Angelus in praesenti elevat manum jurans per virtutem in saecula, ac omnium Creatorem?

104. Valde celebris fuit antiquis consuetudo jurandi elevatis manibus, ut fecit Angelus Daniel. 12. num. 7. Quod fiebat aliquando utraque manu elevata aliquando solum dextera, & tunc elevabatur duobus digitis erectis complicatis; plures autem ritus jurandi refert Novarin, lib. 8. Schedias sacro. Proph. tom. 6. & elevata manu fiebat juramentum, tanquam non solum ore, sed etiam manu invocando Deum testem juramenti, ac vindicem perjurii, ut fecit Abrahamus, Genes. 14. num. 22. Levo manum meam, ad Dominum Deum excelsium, &c.

105. Hoc autem juramentum fiebat ab Angelo, tam hic quam citato Danielis loco, pro re valde magna, quia ita aliquando sumus increduli: ut Angelum ad juramentum compellamus Aetas, Angelus tanquam creatori, per creatorem jurans per divini nominis assum, ionem, confirmantes nostram diffidentiam. Simili habet Andreas Caesariensis, Cum Deus, ait, non sum se majorem habeat, per quem jurare possit, & semetipsum jurare solitus est: Angeli autem unquam res creata per creatorem jurant, eaque incunt propter diffidentiam, & nostram incredulitatem.

tem caelestis nominis attestazione confirmant. Et jurat Angelus per viventem in saecula saeculorum. Hic Angelus a multis existimatur ipsemet concilii Angelus Christus D. ut restuli supra, q. 2. Ergo cum Christus, sit verus Deus & homo, cum jurat per viventem in saecula saeculorum, non solum intelligit se ipsum secundum divinitatem, sed etiam secundum humanitatem, & haec ait in magnam consolationem, & levamen suorum; immediate subdit, quod tempus non erit ultra, quod scilicet praesens vita finiatur judicii tempore, inde ipse se dicit viventem in saecula, tanquam etiam sui victuri in saecula, vitam quam ipse habet in saecula, suis etiam similiter communicabit. D. Thom. Thom. Per quod dicit, ait, viventem in saecula saeculorum, innuit, quod sicut ipse non solum ex parte divinitatis, sed etiam humanitatis vivit in aeternum, sic vivit, & sui, expende ultima verba.

107. Et jurat Angelus per eum, qui creavit caelum, terram & mare, & omnia, quae in eis continentur; cur omnia in particulari commemorat nostra sacra revelatio; Extiterunt quidam haeretici, qui plurimarum rerum creationem tribuerunt principi tenebrarum, ut ergo eorum errorem condemnet, nihil positum esset esse in mundo, sive in caelo, sive in terra, sive in mari, quod a Deo creatore non sit. Ansberrus Abbas, His uti, ait, a versus haereticorum insaniam opinione convenit, qui non verentur asserere quadam a bono Deo, quadam vero facta a Principe tenebrarum, apertissime ergo haec caelestis revelatio, cuncta, quae in creatis sunt, a bono Deo facta affirmat, dicens de illo, qui creavit caelum, & ea, quae in eo sunt, & terram, &c. Est verè concordans, auctoris sui Evangelio quo dicitur; Omnia per ipsum facta sunt, Joan. 1. Per ipsum constat, quia a minimis usque ad maxima, a vermibus usque ad homines vel Angelos, cuncta per ipsum creata sunt. Et profusa pondera, quod cum Angelus in hoc versu dicitur sit, & tempus non erit amplius, id est, tempus terminabitur, ac omnium erit finis, tunc Deum omnium creatorem appellat, ac si tantum beneficium praestitisset hominibus, in eorum creatione, ac etiam quod in hoc laborioso saeculo finem vitae ei dederit, finem imponens tot, ac tantis calamitatibus.

108. Et dicit Angelus, qui creavit caelum, & quae in eo sunt, & terram, &c. Pius commemorat creationem caeli, quam terrae, sicut & scriptor Canonicus: In principio creavit Deus caelum & terram, Gen. 1. n. 1. Non ait, creavit terram, & caelum, sed e contra statim in limine notis praepohens ante oculos caelum, ut hoc habeat homo semper alta mente repositum, ante omnia querere, & intendere caelestia. Postulat Salomon, illam sapientiam a Deo. Quae novit operamina, quae affuit tunc, cum orbem terrarum faceres, Sap. 9. n. 9. Cur hujusmodi sapientia maxime expostulatur a Salomone, quae in creatione universi affuit? In ea caelorum opus primum est fabricatum, ut jam dictum est. Et quo sapienter Theophyl. Antioch. lib. 2. ad Antolycum ait: Homo quidem super terram aedificium ponere solet, nec nisi fundamentum iusto fastigio aedificio ponere potest; ceterum Dei potentia hinc innoscit, quia propter Prophetam testatur creationem caeli factam esse primo, non ut hominum more sit, sed in modum fastigii: Ecce tibi creator mundi, quam aliam rationem

tionem condendi init. Homines enim jactis in terram suam adveniens pergunt usque ad fastigium, nihil praeter facientes in suis aedificiis, quam servari terra visceribus: At creator rerum a fastigio incipit primo que agit ut appareat caelum, ex quo merito Salomon non aliam, sed hanc sapientiam creatoris annuntiat hincque postulat, quae in mundi opificio, non terra, sed caelum spectatum prius & conditum fuit. Inde enim tota sapientia praestantia & firmitas, quod caelestia primo respicias, & ad illa mentem erigas.

De iudicio Martyrum duce Stephano dicitur Act. 7. n. 55. Cum esset plenus spiritu sancto intendens in caelum vidit gloriam Dei. Maxime ponderanda est consequentia, plenus Spiritu sancto intendens in caelum. Multum hominum animos attollit divinitatis assuetudo, quos enim aura divini Spiritus replet, statim mundum illi que gloriosas fastidiant, & ad caelestia feruntur. Petr. Damian. serm. de S. Stephan. Simul, ait, signanter intellige consequentiam verborum, plenus est Spiritu sancto, & sic intendit in caelum, quia spiritu divinitatis affluunt qui concubantibus terrestribus, caelestibus inhiant, & aeternis.

Exod. 3. n. 2 dicitur, quod Moyse, Apparuit Dominus in flamma ignis, de medio rubi. Et cor sic apparet Deus in flamma ignis, & non potius inter praeruptas rolas, vel canthida lilia? Ingeniosam rationem excogitavit D. August. q. 7. Ex veteri testamento: Ideo Dominus, ait, in igne apparuit; casus natura semper ad superiora tendit ubi Spiritus est. In igne se manifestat Dominus, ut ab igne doceatur homo se per terram relinquere, & caelum patere: non enim se credit Deus illis, qui terrenis immiscetur; ut continuo oculos habeant demissos in terram, ne caelestia valeant aspicere. Inde ergo quicquam consuebit Deum in se habere, ad Dei partes pertinere, si terrenis despectis, ad caelestia totis viribus tendat.

Teste Apostolo Paulo, Hebr. 11. num. 29. Ingressi sunt filii Israel, per medium siccum maris. Exod. 14. n. 22. Ut sic mari baptizarentur. Ista, prius tamen aquae maris div. se sunt ostendentes illis in profundo siccam terrae semitam per quam gratirentur. In eoque nullam fecerunt gradum, antequam sicca terra in medio maris eis pateret. Longe aliud baptisma paratur Christianis, de quo dicitur Joan. 3. n. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Christiani non per siccam terram transeunt divisi, undique aquis, sed tota se aquis immergunt. Illi div. sionem, aquarum expectant, ut appareat terra per quam vadant: hi minime expectant aquarum div. sionem, nec quod appareat terra, Et quare in Christiano baptismo, sicut in Israelitico, non dividuntur aquae, ut terra ostendatur: imò totius sub ipsa aqua, ut terra nobis absconditur, & occultatur: Baptismus Israeliticus, ac transicus maris, ad terram Chanaan deducebat, & ideo per ostentam terram iter faciebant Israelitae. At in Baptismo Christiano, aquae non dividuntur, sed maxime sub eis terra absconditur, & cooperitur, nam talis submersio aquarum nos ad terra sedacit, & facit coelestes, ut iis terrenis profus despectus ad loca caelestia spectemus. D. Zeno lib. 3. serm. 8. N. strum mare, ait, quos voluntarios suscipit, feliciter naufragos facit; interimens universa peccata, genitali unda

submergit, ut caelestes effecti terram desiderare non norint.

QUESTIO XII.

Quare exhibitio juramento Angelus affirmat quod amplius non erit tempus.

Alcazar existimat Angelum in praesentia, finitum esse tempus Judaeorum, & Synagoga (incipiendumque esse tempus gentium & Ecclesiae; sed contra Angelus loquitur de tempore absolute, ergo ad tale tempus restringendum non est juramentum. Deinde: Quia cap. sequenti, revelantur aliqua quae cum tali sententia omnino repugnant; nam ibi declaratur advenisse tempus Judaeorum, de quo loquitur Paul. Rom. 9. n. 27. Fore aliquando, ut reliquiae Judaerum salvae fiant.

Ribeira, Cornet, Menochius, M. Joann. de la Haye, & alii, quod Angelus dum ait, tempus non erit ultra. Sic intelligitur quod omnis mutabilitas hujus saeculi finietur, & veniet status rerum stabilis, scilicet futuri saeculi post judicium: tempus enim est numerus motus, desinente ergo motu, desinit & tempus, & desinente mutabilitate mundi inferioris, & tempus ejusdem censetur desinere. Sic homines terrenis rebus adherent, quod necessarium sit, ut Angelus interponat juramentum, ut ipsi sibi percipiant persuadent talia finienda esse, & ab eis deserenda, ac relinquenda: sic haec terrena suorum amatorum oculos excecant. Petrus Damian. lib. 6. ep. st. 5. Engendans est mundus, ait, qui tenebras parturit. Et post pauca subdit: Ino debemus ei semper insudabile illum indicere, qui suorum oculis obruit amicum. Haec sententia ut vera sit, explicatione indiget.

Mea sententia, quod Angelus dedit vocem, tanquam leo, voces sanctorum Patrum, ac Doctorum Catholicorum representans: Deinde tonitruum oecumenicum, nempe Concilia, & Academiae Catholicae dederunt voces suas: Tunc Angelus tanto apparatu descendens de caelo elevat manum dexteram ob rei pondus, contra homines terrenos jurans per viventem in saecula. Quod tempus non erit amplius. Quod nempe tempus hujus saeculi finietur; sicque firmatur sententia Patrum, ac Conciliorum, contra doctrinam Aristotelis eique seculo torum, qui falso crediderunt mundum esse perpetuo duraturum, firmatur etiam sententia Patrum, ac Conciliorum contra desides, ac obdormientes in peccatis suis, qui nolunt poenitentiam agere, quia tempus non erit amplius, cum transierit vita merendi, poenitendi ac poenitentiam agendi tempus transeat.

Volens ergo consultum Deum, Patrum famae, & v. l. catholicae; interpositum decernit huius juramentum hujus Angeli quod patetier quando de dubio debet esse finis mundi qui scilicet finitus est in diebus septimi Angeli, cum coelestis tuba canere, ut dicitur vers. sequenti. Volens etiam Deum consultum habere famae, ac v. l. catholicae Patrum & concionatorum, qui quotidie

quotidie clamat juxta Paulum ad Galat. 6. n. 10. Dum tempus habemus operemur bonum. Et Joan. 9. n. 4. Venit nox quando nemo potest operari. Nam transacta hac vita tempus non erit amplius merendi, penitendi, ac penitentiam agendi; sed etiam moraliter aliquid dicamus in re presenti.

116. Primò: Hic Angelus in presenti, à multis Doctoribus, de quo supra q. 2. creditur esse Christum D. natum ex Virgine Maria; & de hoc divinissimo Angelo asseritur, quod veniens in mundum temporalibus bonis suam fecit jurans, quia tempus non erit amplius. Et quando hic temporum destructor venit, ait D. Paulus ad Galat. 4. n. 1. Quando venit plenitudo temporis misit Deus filium suum. Quando temporalia omnia in maiori extabant argumento in majori magnitudine, ac plenitudine, tunc nascitur, qui tempora omnia impellat ad interitum; de temporalium augmento, ac plenitudine non potuit aliud nasci, quam finis ipsius temporis. Ex quo ait D. August. tract. 13. in Joannem. Ubi venit plenitudo temporis, venit etiam, qui nos liberabit à tempore; liberati autem à tempore, venturi sumus ad aeternitatem illam ubi non est tempus. Simul cum temporum plenitudine, venit destructor temporis, ne aliud expectes à culmine, ac plenitudinæ temporalium, quàm interitum.

117. Secundò: Cur Angelus tanto apparatu veniens jurejurando affirmat, quod non erit tempus amplius; nonne sufficiebat hoc simpliciter dicere, ad quid jurejurando tam solemniter confirmat? Quia cum nobis hic tempus merenti, ac bene agendi concedatur, ne jacturam illius faciamus, quia cujuscumque momenti petenda est à nobis exactissima ratio. Ex quo bene testatur Sophronius in prato spirituali, cap. 59 de B. Thalibzo, Quod semper flebat, causam rogatus, dixit tempus hoc ad penitentiam, nobis & induitum est, & valde requiretur à nobis, si istud neglexerimus. Expendo ultima verba, tanquam si diceret, adeo pretiosum est tempus, ut in singulis illius momentis bene debemus operari, ne illud à nobis requiratur: Unde monet Christus suum servum, Negotia-mini dum venio. Luc. 19. n. 13. Ac si dicat: Modò est negotiandi tempus, postquam autem venero, tempus non est negotiandi, sed tunc de negotiatione ratio est exigenda, & præcipue de tempore contempro ad penitentiam concessio; ex quo lamentabatur Jeremias Thren. 1. n. 1. Vocavi ad versus me tempus. Quod de judicio exponit D. Thom. quod scilicet tempus malè consumptum vocaverit Dominus in testem contra negligentes bene operandi.

118. Tertio ait Angelo jurejurando tempus non erit amplius, quod dicitur esse ad consolationem iustorum affirmat Richar. V. Aor, & sic ait: Christus ad honorem Patris exhibendum opera justitia celestis, fluctuantis mutabilitatis immobilitatem successorum, & electis pro Christo patientibus tribuendam, paterno testamento, & suo veraciter affirmavit, ad consolationem iustorum prædicatur, & promittitur immobilitas aeterna. Quomodo consolationem iustorum, quod tempus mutabile hujus presentis vitæ non erit amplius, hoc videtur inservire ad tristitiam & molestiam cum nihil sit ipsa vita operabilis; falleris tamen nil gratius potuit iustis annun-

Justus non dicitur & portam aperit.

tiati, quàm hujus vitæ finis, qui finis est tantorum laborum, ac initium omnium bonorum, nam finis hujus vitæ seu illius mors, iustus non est amara, sed suavis, cum per illam fiat transitus ad aeternam vitam. Ait Paul ad Rom. 6. n. 5. Rom. 6. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus. Ut resurrectionem assereret Apostolus, mortem debuit præmittere: ille enim qui moritur, resurgit, sed qualem mortem præmittit? Similitudinem dixit mortis, dum ait, similitudini mortis ejus. Ac verò resurrectionem, non dicit similitudinem ejus, sed veram, & absolutam resurrectionem, simul & resurrectionis erimus. Cur ergo non dixit mortem, sed similitudinem mortis, cum in resurrectione non dicat similitudinem, sed veram resurrectionem? Loquebatur Apostolus de his qui in Christo moriuntur, & mortui autem vocem filii Dei. Et in istis mors non est vera mors, sed quædam similitudo mortis. At resurrectio, quæ eis contingeret, non est similitudo resurrectionis, sed vera & propria resurrectio, quæ ad aeternam felicitatem exurgunt. D. Cyril. Hierosol. Cathed. Mystagog. 2. Non dixit, ait, complantati sumus mortis, sed similitudini mortis. In nobis autem mortis quædam & passio quædam est similitudo, salutis vero non similitudo, sed veritas. Vide cap. 9. q. 9. n. 88. 89. 90.

Quarto: Jurejurando clamat Angelus. Tempus non erit amplius. Hoc refertur ad ultimum tempus Antichristi, ut pater ex versu sequenti in quo contra factos, & iustos erit tribulatio qualis nunquam fuit ab initio, nec erit tamen tanta calamitas, ac pressura suam ultimam periodum inveniet, nullus est labor, qui suum finem non habeat, præcipue, quando sustinetur, ac patitur pro Deo D. Antioch. homil. 7. Dominus ait, animarum nostrarum curator providentissimus, tribulationes instruit, sed non finit suos transgredi, transacta tempestate, serenitatem adducit. Paulus in carcere agens vinculis præpeditus media nocte sensit vincula eonfringi; ortusque carceris divina virtute aperti. Quid tunc festinavit egredi? imò ibi quietus perseveravit donec carcerarius accedens, Et tremefactus prociit Pauli, & sila ad pedes, & producens eos foras, & Act. 6. n. 30. Hoc novum & recens est, accipe aliud antiquum Daniel. 3. Valde conspicui sunt illi tres adulescentes, qui pedibus, & manibus colligati in ardentem fornacem missi sunt; sed ab igne blâditer accepti consumptis vinculis medias inter flamas fornacis illæ deambulantes, liberi sunt in fornace, bique Dû laudantes degunt nec egredi tentant. Tunc accedens Nabuchodonosor, ait: Sidrach, M. Iacob, & Abdenago servi Dei excelsi egredimini & venite, & cumque egressi sunt. Cur Paulus, & sila, tresque pueri cum liberati sunt à vinculis, ac igne eoque carcer sit apertus, quid morantur? quid eos tenet? cur non exeunt? Hoc tibi fit magnam documentum; nullo præcepto nulla industria tuam liberationem, ac expeditionem festines ab illis periculis, quæ pro Deo subisti ne te fallant difficultates obiectæ, sed in omnibus longanimis expectes finem à Deo præscriptum. Opportunè D. Ch. ylo. homil. 8. in ep. st. ad Ephesios. Quænam modum itaque, ait, carcerem Paulus non egrediebatur, tamen potuisset, donec qui illum cohercebat, ipsum evocaret & educeret: ita nec

D. Cyril.

119.

Deus in nobis laboribus dat finem.

D. Antioch.

Afor. 6. Daniel. 3.

Non sollicitus sit pro termino, sed pro libertate, de illis de istis.

D. Chrysost.

bi tres pueri caminum egressi sunt, donec qui injecerat, egredi quoque jussisset. Quid hic docemur? Ne videlicet in actionibus laborari innoxie festinemus. Expende ultima verba.

110. Hac virtute optimè erat imbutus David, qui à Saule mille calamitatibus affectus, ac vexatus errans in montibus, ac speluncis, ibi crudelem hostem in manibus habuit, & tamen, cæde ejus se suisque abstinent, dicens: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam haec rem Domino meo Christo Domini, ut mittam manum meam in eum, 1. Reg. 24. num. 7. & cap. 26. num. 8. Cur sic hostem semel, & iterum in manibus habet, eum non occidit, ut sic suis laboribus, ac ærumnis finem imponat, & ad promissam regni coronam veniat? maluit tamen in suis persecutionibus, ac calamitatibus finem à Deo expectare, quàm hoste prempio liberationem suam festinare, pro cæto habens, quod Deus congruenti tempore illam adducet, ut finem tantis vexationibus præfigat. D. Ambros. in Apolog. cap. 6 sic ait: Debitum sibi imperium diu desulit, quod secebat Deo auctore sibi debere. Cum sciret Deum auctorem sui imperii, finem in suis calamitatibus non procurabat, sed illum à Deo mittendam expectabat.

Non procurandus finis in laboribus sed Deus dabit.

D. Ambr.

111. Apoc. 10. n. 7. Sed in diebus vocis septimi Angeli cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut evangelizavit per servos suos Prophetas.

Num. 8. Et audivit vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem, vade, & accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare & super terram.

VERSIONES.

Syrus n. 7. Nisi in diebus vocis Angeli septimi, quando futurum est, ut clangant, & quod consummatum esset mysterium Dei, sicut evangelizavit servis suis prophetis.

Arabicus. Non erit tempus in diebus vocis Angeli septimi.

Pagn. Tygur. Cum cœperit tuba canere, consummandum esse mysterium Dei.

Arias. Cum futurus erit clangere, consummabitur mysterium Dei, quod evangelizabit per servos suos prophetas.

Primasus. Finietur Sacramentum Dei.

Syrus. Et vox, quam audivi è cœlo, hæc erat rursus loquens mecum, & dicens, ubi accipe libellum apertum in manu Angeli illius, qui stat.

Arias. Vox locuta est cum me.

Arabicus. Deinde vox, quæ me compulerat è cœlo rursus locuta est, accipe librum.

EXPOSITIO V.

112. Ed in diebus vocis septimi Angeli Quod noster sextus Angelus veru antecedenti dixit, tempus amplius non esse futurum; tunc judicium fiet, cum septimus Angelus tuba cecinerit, eo enim tempore mundus finietur, & judicium fiet, & retributio bonorum, ac malorum. Cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei. Ansbert. Haymo inquit, Consummatio hic non dicitur abolitionem, sed perfectionem. Consummabitur ergo, seu perfectum & completum erit, inchoativè nempe, id est consummari incipiet. Nam paulo post consummabitur perfectè mysterium Dei, id est, magnum divinæ providentiæ arcanum, de consummatione, ac fine sæculi quoad glorificationem sanctorum, & reprobationem damnatorum, sicut evangelizavit per Prophetas suos, sicut declaravit, & annuntiavit per Prophetas suos, de quo questione sequenti in limine.

113. Audivi vocem, per quam intelligitur interna locutio Angeli qui paulo ante dixerat Joanni, signa que locuta sunt septem contraria, & noli ea scribere, & maxime notandum, quod ait Joannes; qui mecum loquebatur. Non ait quæ mihi loquebatur, sed quæ mecum loquebatur; non solum ergo Joanni loquebatur Angelus, sed etiam Joannes Angelo, quæ locutio erat merè spiritualis & interna, nam cum Joannes vidisset librum in manu Angeli Joannes magnum habebat desiderium, quod hic reputatur tanquam locutio librum accipiendi, & scripturam ejus legendi ac intelligendi. Albert. Magn. iterum loquentem, ait, id est mihi desideranti, unde qua desiderium, cordis est locutio, qua anima loquitur Deo, & Joannes desiderabat ista scire, ideo dicit loquentem mecum, & non mihi, sed mecum in cordis secreto.

114. Vade & accipe librum. Qui ut explicavi supra q. 5. continebat doctrinam sacram Apostolicam, & Romanam: Apertum, id est clarum & manifestum, ut ab omnibus intelligatur, & quia, ut Ansbertus, intelligentia Scripturarum quædam est clausa, aliis ut Joanni aperta. De manu Angeli, non à quocumque alio accipere librum, sed tantum ab Angelo, personam Christi gerente; ipse enim solus est, qui Scripturæ sacræ arcana revelat. Albert. Magn. De manu Angeli, id est, Christi, quæ Scripturæ revelavit.

QUESTIO